deſiderat mundus, & univerſa terra. O quàm mirabilis & quàm laudabilis Spiritus! eſt enim puritas, in quâ omnes deliciæ continentur & divitiæ, vita & fœcunditas, ſcientia ſcientiarum, vis, quæ ſcientibus dat temporale gaudium. O cognitio deſiderabilis & ſuper omnes ſublunares amabilis! quàm natura roboratur, Cor cum omnibus membris jocundatur, florida juventus præſervatur, ſenectus depellitur, infirmitas deſtruitur, ſanitas placentiſſima cuſtoditur, bonorum abundantia habetur, & omne, quod hominē delectat, copiosè perquiritur. O Spiritualis ſubſtantia ſuper omnia laudabilis! O mira potentia cunctis cōfortabilis! O virtus ſuperna rebus invincibilis! quæ, licet viſa ſit inſipientibus deſperabilis, tamen cognoſcentibus in laudem & gloriam & honorem eſt amabilis, quia mortē omnimodam ab humoribus crea-